Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Gerneri Rolfincii ... Ad Chimiam In Artis Formam Redactam Illustrandam Breves Notae

Rolfinck, Werner

Jenae, 1669

Liber II

urn:nbn:de:bsz:31-132593

Visual Library

ginatione & sensu. Contraria sunt operatione, similia possunt esse denominatione.

LIBER II,
de mediis, nimirum de operationibus in genere, & earum causis.

DElineationes sunt variæ. Vix datur perfecta. Rarò una differentia est extra essentiam alterius.

CAUSARUM ACTIVARUM prima est Ignis. Τὸ πυρὸς φύσις ἰδιοπάθας, *verba sunt Eresii libro de igne,* ἔχει δυνάμεις τῶν ἁπλῶν. *Ignis natura omnium simplicium singularibus, maximè peculiaribusque* POTESTATIBUS *est prædita.* *Causarum activarum* 1 *Ignis.*

MATERIA ignis sunt lignum & carbo. Mollia ex abiete & piceâ citius accenduntur, citius extinguuntur. Dura ex quercu, fago, tardius accenduntur, tardius extinguuntur.

AER operationes juvat, ut calidus, frigidus, humidus, siccus. 2. 3.

TERRA additur ☉li in spiritûs destillatione. 4.

MENSTRUUM non datur universale, particulare tantùm. Menstruum solvendo simile est substantiâ & genere, contrarium δυνάμει virtute & actione.

PASSIVÆ causæ laboratorium & furnus.

GLUTEN à Roberto Boile in novis experimentis, no. 10, propalatum egregium est.

℞. *calcis vivæ optimè & subtiliter pulverisatæ,*
Raspatum casei pinguioris medullæ.

In mortario simul cum pistillo contrita irriga modicâ aquâ. Omnibus concorporatis fiat pasta. Tum mistura ingratum naribus exhibet fœtorem.

UTENDI MODUS. Hæc citrà moram, suprà linteum extensa & dispansa dum recens est, applicanda vitro.

LIBER III,
de effectis & operibus chimicis, in specie de liquidis destillatis.

AQUA-